Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

si quemadmodum solet de ceteris rebus
que ex te querunt: sic de amicitia dispu
taueris. quid sentias? qualem existimes?
que precepta des? Scaeuola. mihi erit
gratum. atq: id ipsum tecum. cum agere
conarer Fannius anteuertit. Quamobrem
utrique nostrum gratum admodum fece
ris. Lelius. Ego uero non grauarer. si pe
considerem mihi. nam et preclara res
est. et sumus ut dixit Fannius otiosi.
Sed quis ego sum? aut que est in me fa
cultas? doctorum enim est ista consuetu
do. eorumq: grecorum ut his preponant
de quo disputent quamuis subito mag
num opus est. egetq: exercitatione non
parua. Quamobrem que de amicitia dispu
tari possunt ab eis censeo ut petatis q ista
profitentur. Ego uos tamen hortari tan
tum possum ut amicitiam anteponatis
omnibus humanis rebus. Nichil est enim
tam nature aptum. tamq: conueniens ad
res uel secundas uel aduersas. sed hoc primu